



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

CONCLUSIO QVINTA.

peccare posse, quemadmodum, Bernhardus enumerat. Ipse quotidianū peccatū leue quid aestimat, quasi de illis nō esset reddēda ratio. Aliter nos docuit dñs Ihesus Matt. xij. Quod de omī etiam uerbo otioso rationem sumus reddituri, adhuc illud quotidianū peccatū est ex genere. Curiosum tamen est audire dominū meum parrochum purgatorio tribuere abusum, quippe quod propter illud homines licentius peccent. Dilecti dñi, uos ipsos per nasum trahite, quis plus peccandi præstat occasionem. Hī qui dicunt tempore mortis hominē per fidem & fidutiam in Christum liberari a peccatis, & ab ea hora ad cælum pergere ut docet pars aduersa, aut qui in pœnitentia ita moritur ut illi dicatur, quod pro peccatis præteritis in purgatorio satis pati debeat, ut dicit sancta ecclesia. Manifestum est hunc plus ad peccandū in uita occasionem præstare qui nullam pœnam ad hoc ponit, quam in fine fidem & contritionem illo qui magnam futurā pœnam ponit. Ideoq; & uos purgatorij oppugnatores, in ecclesia nullam adfertis utilitatem sicut proponitis, quum pœnam peccatorum nominatim in purgatorio leuatis. Ideoq; dilecte domine parroche dona dei uobis gratiose concessa recognoscite, illis contra ecclesiam catholicam non utendo. Humiliate uos credendo tot iam doctos uiros ab annis circiter mille quingētis scripturas melius uobis intellexisse. Quūmque sic ad ecclesiam diuertetis apud uestros subditos, prout tenemini, multa bona effitietis, & uitam æternam promerebitis, Fiat.

PARROCHVS S. GALLI.

Protestor quod in meis inductis sermonibus nihil ptinaciter optem tenere contra dei uerbū, & Christianū intellectū scripturarū, sed ut obediens in omī tpe ueritati non reluctabor.

D. ECKIVS.

Ipse & si hoc ore loquat, hodiernas & præteritas scripturas cōtestor re ipsa & opibus suæ uerbalī, præstationi contrauenit.

Wolfgangus